



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Corpus.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

## §. 2dus.

*Homo se ipsum contemplans, & ex iis, quibus constat, ad virtutem unionemque cum Deo sese excitans.*

**N**unc quidquid cæli ambitu globoque terraqueo continetur viventium & inanimatorum, pervagatus homo Viator ad Microcosmum nec alium ac purè te ipsum redi. Disce sapè te, & quidquid in corpore animaque habes, mente percurrere, & salubria exin tibi documenta mentisque in Deum elevationes inculcare.

*Corpus.*

**O**bjecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam & Deo placentem. Rom. 12. Vita JESU manifestetur in corpore vestro mortali. 2. Cor. 4.

*Caro, Pellis, Ossa.*

**S**cio, quòd Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum. Reposita est hec spes mea in sinu meo. Job. 19. Confige timore tuo carnes meas, à judiciis enim tuis timui. Pl. 118. Dinumeraverunt omnia ossa mea. Pl. 21. Christus ità flagellatus